



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De quotidiano profectu, & optimo fructu exercitiorum nostrorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

Altera cogitationi stet diu intenta. Non tamen confusio suade & inordinate meditanda sunt hæc: sed vnicuique diei, horæ, ac temporis, proportionanda ac deprecatoria. Septem itaque sunt, quæ (vt mihi videtur) salubriter menti imprimuntur, & vtiliter cogitantur. Vtpote gloria cœli, mors, beneficia dei, iudicium singulorum quod omnium, pœna inferni, passio Christi, & propria peccata atque defectus. Horum aliqua charitatem inflammant, scilicet gloria cœli, beneficia dei, & passio Christi. Alia vero timorē efficiunt. Omnia autem mentem custodiunt, & a malo præseruant. Poterit de his septem, secundum septem dies hebdomadæ, solēnior haberi memoria. Vnde dominica principaliter versetur memoria in contemplatione felicitatis cœlestis, feria secunda de morte, tertia de beneficijs dei, quarta de iudicio, quinta de inferno, sexta de passione, sabbato de peccatis. Nihilominus vnumquodque istorum quolibet die cogitari potest, imo et debet præsertimque passio Christi: sed propter causam inuocandam, quolibet die præcipue occupanda est anima in vno istorum.

De quotidiano profectu, & optimo fructu exercitiorum nostrorum,

Art. VII.



Puritati cordis visio dei, quæ est tanta merces, essentialiterque præmiū correspondet: sed & charitati debetur visio dei: & quo ardentius modo diligimus, eo postmodum clarius deum videbimus. Vnde constat essentialiter idem esse, dilectionem dei, & puritatem mentis. Nempe puritas animæ quædam præsuppositio

1. Ioan. 3

atq; includit, sine quibus nec vera charitas ha-
 beri potest: puta expulsionem peccatorum, ac re-
 formationem passionum, saltem secundum ali-
 quem gradum. Perfecta ꝑfectio dilectio, puritasque
 perfecta, perfecta quoque passionū reforma-
 tionem atque victoriam exigit: ad quam perfe-
 ctionem vniuersa totius vitæ presentis operatio
 ordinanda est. Veruntñ quoniam (vt ait philoso-
 phus) ars & virtus sunt circa difficilia, sicut vir-
 tus atque perfectio hæc altissima atque præstan-
 tissima est: sic difficillime et laboriosissime adipi-
 scitur. Ideoque indefesso animo, ac firma fiducia
 conari oportet, deum inuocando, atq; in eo dun-
 taxat sperando. Quod si aliquādo, pro libito no-
 stro non exaudimur, vel interdum mentem no-
 stram instabilem, aridamque, ac in deuotam in-
 uenimus: non idcirco frangamur, sed cum synce-
 ra fiducia constanter instemus, & manum domi-
 ni longanimitèr præstolemur, nosq; dispensatio-
 ni cōmendemus diuinæ: certi qm̄ ipsi cura est de
 nobis: & quia quandoq; gratiam suam, vel sus-
 pendit, vel differt propter commodum n̄m. In-
 terim etiam exteriores delitiæ, viles atq; carna-
 les consolatiunculæ penitus cōtemnenda sunt, et
 cum gemitu & planctu est imploranda Christi
 clementia. Et propter eius absentiam, libèter ad
 tempus in amaritudine simus: sintq; tantisper no-
 bis la chrymæ nostræ, & si nō corporales, saltem
 internæ, panes die ac nocte. Quemadmodū scri-
 ptum est, Renuit consolari anima mea. Quoni-
 am itaq; charitas æternæ vitæ meritoria est, ne-
 que sine ea aliqua virtus, diuinæ est visionis me-
 ritoria, omnis actio ex charitate procedens diui-
 na, vitam meretur æternam. Quemadmodum

Aristote.

1. Petri. 5.

Esaiæ . 38.

Psalm. 76.

a v. omnia

Affectus
pius i de
um mere
tur æter-
nam bea
titudinē.

omnis operatio ex mortali nascens peccato, infernaliter promeretur tormenta. Quotiescunque itaque mens nostra in deum afficitur, toties æternam beatitudinem promeretur, seu ampliore diuinae visionis claritatem. Ideoque hic sumus nobilitatis profectus, & optimus omnium laborum fructus, frequens, ardensque mentis in deum affectio: & quo in eum vberius feruentiusque erigimur, eo prorsus vehementius nobilitamur, delectamur, atque proficimus. Denique sicut ignis consumit stupam, sic dilectionis affectus accendit peccatum, peccatique poenam. Sed & sicut charitas, summa est virtus: sic actio eius saluberrima extat. Propterea quicquid de diuinis, & ad diuina pertinentibus, meditationi mentis occurrat: ad dei dilectionem, & eleuationem mentis in deum mox referre debemus: vt scilicet siue beneficia dei, siue passionem Christi, seu aliud quippiam cogitemus: enitiamur semper ex his in diuinum amorem compungi. Sed in omnibus istis ab immoderata lætitia, a dissolutione cordis, a rursu inani, pro viribus omnino abstinere oportet. Hæc quippe sollicitudinem, diligentiam, & recollectionem cordis impediunt atque effundunt: & qui illis lætatur, diuina utique consolatione indignus efficitur.

De duplici incitamento diuini amoris.

Art. VIII.

Psalm. iij.



Vo res melior est, eo amabilior est, & quod optimum est, summe vique est amabile. Quoniam ergo deus benedictus naturaliter ac essentialiter bonus est, & immensa, perfecta, puraque bonitas, in qua est omnium desiderabilis.